



THOMÆ
 CAMPANELLÆ
 POETICA.

POETICAM ESSE SAPIENTIS
*Architectonici artem instrumentalem ad
 propinandum iucundè facile & inaduer-
 ter Verum Bonumque nolentibus & incapa-
 cibus ; idque Metro, & ideatione exempli
 efficere. Nec voluptatem esse finem gratia
 cuius, sed quo, ipsius Poëta. Differentiâq;
 illius à cæteris scientiis vocalibus.*

CAP. I. ART. I.



QVEMADMODVM Dialectica in scho-
 lis & ad Philosophos rerum audi-
 re volentes personat : Rhetorica ve-
 rò in templis, & in foro ad Senatam, &
 populum, & quicumque ad bona honesta
 viliaque propensi sunt alloquitur : sic
 Poetica in Theatris, & in priuatis a di-
 bus & vbique verum & bonum audire volentes ita mul-